¶ Generaliter quibus casibus procedi possit die feriato. dic ut nõ. in. l. ii. C. de feriis. glo. et doc. in c. fi. de iudi. in. c. fi. de feriis. Io. an. in addi. spe. ti. de libel. concep. §. nunc dicendum. ℞. xxv. Bar. in in. l. i. §. nuntiatio. ff. de no. ope. nunti. optima gl. xv. q. iiii. in summa.

¶ An ferie deducantur a dilatione data a iudice uide in. l. siue pars. §. i. C. de dila. Bar. in. l. ii. C. de tempo. appel. glo. in. c. cupientes. §. q si per. xx. de elec. li. vi. Inno. et Host. in. c. licet causam. de proba. doc. in. c. ii. de conces. preben.

¶ An ualeat instrumentum scriptum die feriato in honorem dei. Spec. in ti. de feriis. §. sequitur. ℞. quid si. ubi concludit q sic. doc. in. l. actus. C. de

feriis·do·Anto·in·c·fi·de feriis·

¶ Si iudex statuit terminuȝ alicui parti ad aliqd faciendū et ultima dies termini est feriata an illd possit fieri legitime sequenti die·Spec·in ti·de dilati·§·i·℘·sed pone iudex·do·Anto et moder· in c·pastoralis·de excep·in·iiii·q·faciunt nō·in·c·fi·de feriis·et in·l fi·C·de feriis·Bar·in·l·i·§·nuntiatio·ff de no·ope·nunti·adde quod dixi s̄·sub dictione citatio·

¶ An propter temporis breuitatem iudex possit procedere die feriata·dic q aut loquimur de termino statuto ab homine·ut nō·Spec·in ti·de feri·§·sequitur·℘·potest·xv·q·iiii·placita secularia·et est conclusio faciendam esse differentiaȝ inter ferias inductas ob honorem dei et utilitatem hominum·si uero loquimur in termino statuto a iur communi uel municipali·dic ut nō·Io·an·in addi·spec·ti·de feriis·§·sequitur·℘·potest·et ti·de dilati·§·i·℘·sed pone·

¶ Quid si instat terminus compromissi finiēdi no·Cy·in·l·petende·C·de tempo·in integ·resti·doc·in cle·i·de resti·in integ·Spec·ti·de sen·pro lat·§·nunc uidendum in fi·adde ad materiā tex·et quod ibi nō·in·l·i·§·excipiuntur·ff·de feriis·

¶ An liceat diebus feriatis condere barbas ferrare equos et alia similia facere·nō·in·l·fi·C·de feriis·et in·c·fi·eo·ti·Archi·de conse·di·iii·puenit Io·in summa confessionis·li·i·ti·xii·c·ix·et·c·xii·adde plene d materia in summa pisanelle sub hac dictione·§·a quibus abstinendum·et·§·sequen·

¶ An die feriata possit appellari·glo·de feriis·c·fi·et in·c·appellatio·d appel·li·vi·in ℘·lecta·Bar·in·l·i·§·dies·ff·quando appel·sit·et·in·l·diuus·ff·de feriis·

¶ Die feriata possunt fieri statuta·nō·Lap·in·c·Romana·de senten·excom·li·vi·idem in·c·ii·de consti·eo·li·

¶ Si actus fiat die feriata qui illa die fieri nō potest poterit etiam die feriata reuocari·Oldra·in consilio suo·xii·Bal·in·l·fi·C·de feriis·ubi etiam uide d sequestratōe facta die feriata et relaxatōe

¶ Excōmunicationis sententia potest fieri die feriata·uide Lap·in·c·ii·de consti·li·vi·ubi dicit uerum esse quando pro fertur pro causa notoria·in qua non requiritur cause cognitio·de quo per Fede de Senis·suo consilio·xii·xiii·et·xiiii·

¶ Denūtiatio excōmunicationis potest fieri die feriata in honorem dei·tex·est in·c·felicis·§·presenti de pe·li·vi·

¶ An absolutio ab excōmunicatōe possit fieri die feriata·uide de Io·compe·conquestus·Io·an·in·c·ii·de sen·excom·li·vi·

¶ An uigilie sanctorum sint feriate·uide Io·an·in·c·bone·ii·de elec·Idem in·c·i·de feriis·

¶ An contra homicidas possit procedi die feriata in honorem dei·uide Hostien·de iuci·cum nō ab homine·

¶ An auctoritas superioris super alienatione rei ecclesie possit interponi die feriata·Pau·q sic in clemen·unica de re·eccle·non alie·in·℘·prelati·

¶ An si dominus precipit seruo q exerceat opus seruile die feriato debeat sibi obedire·Archidi·q non·de conse·di·iii·rogationes·

¶ An liceat a seruo iudeo exigere operas seruiles die feriato·Archi·q sic in dicto·c·rogationes·

¶ Arbiter in cuius compromisso renuntiatuȝ est feriis ob necessitatem hominum introductis hoc tempore procedere non tenetur·ut nō·in clem·se pe·de ℘bo·sig·in glo·sicut est·ubi uide·

¶ An liceat in diebus feriatis in honorem dei studere uel scribere·Archi·de conse·di·iii·ieiuniū·doc·in·c·fi·de feriis·et in·c·ii·eo·ti·uide glo·in·l·ii·C·de feriis·Archidi·xxxvii·di·nonne·doc·in dicta·l·ii et do·Car·Flor·in·c·i·d feriis·et ibi p do·Anto·adde·s·Tho·secūda secūde·q·cxxii·ar·iiii·

¶ An infideles cogendi sunt nō seruare ferias suas Archidi·de conse·di·iii·rogationes·

¶ Publicatio constitutionuȝ potest fieri die feriato in honorem dei·tex·est in prohemio cle·in fi·et ibi nō·

¶ An in causis criminalibus possit procedi die feriato gratia messium·Bar·q sic in·l·custodias·ff·de publi·iudi·

¶ Probatio etatis possit fieri die feriato·Bart·in·l·ante sententiam·§·i·ff·de appel·re·

¶ Quis iudex possit dare ferias habetur·ff·de feriis·l·presides·

¶ Ea que celeritatem desiderant etiam dieb᷒ feriatis expediri possunt·ff·de feriis·l·eadem·

¶ An ualeat renuntiatio feriaruȝ facta in instrumento·uide·ff·d feriis·l·i·et ibi Iaco·de are·uide Cy·in·l·i·C·de feriis·adde an et quibus feriis possit renuntiari·ff·de arbi·l·si feriat·Cy·C·de feriis·l·i·in principio·m·ii·q·nō·in·l·omnes·C·de feriis·in glo·fi Hosti·in summa eo·ti·§·sed in feriis·uide de iudi·c·fi·in glo·fi·de feriis·c·fi·i glo·fi·Spec·ti·de feriis·§·fi·adde q renuntians feriis in instrumento debet dicere factis et faciendis·uel inductis et inducendis·scdm Barth·in·l·i·ff·de feriis·

¶ An feriis introductis ad utilitatem hominum possit renuntiari ante tempus iudicii·nō·in·l·i·C·de feriis·per Cy·Spec·ti·de feriis·§·nunc dicamus·℘·primo·ubi Io·an·in addi·

¶ Ferie uindemiarum citius et tardius statui possunt scdm consuetudinem loci·ff·de feriis·l·presides·nō·in·c·fi·de iudi·ubi doc·

¶ An comparens coraȝ iudice die feriato et procedens in uno actu uideatur renuntiare feriis in aliis actibus sequentibus·dicit Iac·de are·q non in·l·i·C·de feriis·Spec·ti·de except·§·dicto·℘·si·quid de exceptione feriarum·uide de his que fi·a maio·par·ca·ex ore·et quod ibi nō·in simili de rescript·nonnulli·Archi·iii·q·ix·c·penult·

¶ An amicabilis compositor possit diebus feriat procedere et pronuntiare·uide Spec·in ti·de arb·§·fi·℘·in forma·uide Bar·in·l·si feriat·ff·d arbi·

¶ An ferie induci possunt a pretore·nō·ff·d of·procon·l·si in alia·in glo·dare·C·de feri·l·a nullo

¶ Quando quis debeat comparere citatus die feriato·nō·in·l·ii·ff·si quis in ius uo·in glo·fi·Spe·ti·de dilat·§·i·℘·sed pone·et ibi Io·an·

¶ Quando possit opponi exceptio feriaruȝ·Spe·ti·de excep·§·dicto·℘·quid de exceptione feriaȝ

¶ Si in feriis aliquis sit lesus an restituatur nō·C·de feriis·in Rubrica·Cy·in·l·i·C·eo·ti·nō·in·c·finali·eo·ti·

¶ Actus factus die feriato in honorem dei etiaȝ de consensu partium non ualet·l·fi·C·de feriis·et in·c·finali·eo·ti·

¶ Quibus feriis nuptie celebrari nõ possunt uide de feriis. cappellanus. de pe. di. iiii. nõ oportet.

¶ Si die feriato datur tenuta etiã die feriato põt restitui. ff. de euic. l. si minor. in glo.

¶ In diebus dñicis non debent legi leges. q lex est ars in probemio. ff. § quibus. et omnia artium alia officia talibus diebus debent silere. ut. l. oẽs. C. de feriis. et ita nõ. Iaco. de ar. ibi.

¶ Quibus diebus feriatis possit procedi ubi agitur de pena extraordinaria imponẽda. dicit Guil. de Cu. in. l. i. §. si quis. ff. de offi. prefec. ur.

¶ Idem quod operatur consensus partis ut ualeant acta in feriis uindemiarum hoc operatur preceptum sup(er)ioris. ff. de arbi. l. si feriatis. secus in feriis in honorem dei. ubi nõ. glo. que allegat. l. oẽs. C. de feriis.

¶ Causa ne homines retrahantur uel impediant a colligendis fructibus non fuit causa finalis feriarum sed impulsiua. ideo non rustici etiam dicto priuilegio gaudent. ut. l. i. in prin. ff. de feriis. in. p. occupati. in glo.

¶ Renuntians feriis nõ perdit exceptionem feriarum si mutata est causa ut quia primo paup erat et non erat deditus uel occupatus agriculture mõ factus est diues. Guil. et Bar. in. l. i. ff. de feriis.

¶ Feriis introductis ab statuto ob aliquam causam non potest tanq̃ repentinus renuntiari. Bart. in dicta. l. i.

¶ An probatio per aspectum corporis possit fieri die feriato. uide pro et contra. ff. de feriis. l. ii.

¶ Testes de quorum morte timetur possunt examinari die feriato. uide p et cõtra. ff. de feri. l. ii. in glo. etatis.

¶ An ad presidem prouintie spectet determinar tempus feriarum aut nouas inducere. nõ. ff. de feriis. l. presides prouintiarum.

¶ Sufficit diem esse feriatum quo ad reum non quo ad actorem ne reus conueniatur. C. de iudeis. l. die sabbato.

¶ Die feriato etiam repentinarum non põt procedi inuito reo. nec lis contestari etiaz si res esset tempore peritura. C. de feriis. l. i.

¶ Ferias repentinas inducere põt ciuitas. et ideo pro illis non datur restitutio de rigore forte tam de eqtate ex clausula generali si qua mihi zc. fm Guil. de Cu. in. l. a procedente. C. de dila.

¶ Que sunt de iure ferie messium et uindemiarum. uide. C. de feriis. l. i. et. l. die dñico.

¶ Qui sunt dies feriati in honorem dei. uide in dicta. l. omnes. et. l. actus. et. l. dies. C. de feriis. et in. c. fi. de feriis.

¶ Dies dñicus est feriatus et in eo artes doceri non debent. potest tamen ex causa opus rusticum exerceri. C. de feriis. l. omnes.

¶ In causis alimentorum et aliis in quibus de eo agitur sine quo uita hominis non sustentatur põt agi die feriato. l. publicas. C. de feriis. l. eadẽ. ff. eo.

¶ Publice et fiscales cause agi possunt etiaz die feriato uel tempore feriato ob necessitates hominum. ut in dicta. l. publicas.

¶ Tempus quadragesimale est feriatum in criminali. ut. l. quadraginta. C. de feriis. sed nõ seruatur ibi glo.

¶ Regula est q nullum tempus censetur feriatũ nisi probetur. C. de feriis. l. omnes.

¶ Si dies est feriatus quo ad te debet esse feriatus contra te. ut sicut tu non potes conuenire ita non potes conueniri. nõ. Bar. in. l. dies festos. C. de feriis. et. l. die sabbati. C. de iudeis.

¶ Actus uoluntarie iurisdictionis possunt die feriato fieri etiam in honorem dei. ut. l. actus. C. eo. non tamen illo tempore potest interponi decretũ alienationis rerum minorum nec dationis tutorũ ut ibi nõ. Cy. qui allegat. ff. de confir. tuto. l. i. confirmando. et. ff. de bo. pos. l. iii. §. fi.

¶ An primum decretum possit interponi die feriato. dic q sic ex causa ut tenet glo. in. l. ii. ff. de feriis. poterit etiam reuocari die feriato. ut dixit gl. in fi. in. l. minor. ff. de euictio. facit quod dicit Inno. in. c. quoniam frequenter. ut lite non conte. et Io. an. in. c. consultationibus. de offi. deleg.

¶ Die feriato proceditur contra latrones et proditores. ut. C. eo. l. prouintiarum. et ibi dicit Bar. q ille tex. facit q statuto potest disponi q in criminalibus p(ro)cedatur die feriato etiã in honorẽ dei.

¶ Die feriata etiam in honorem dei potest qs cogi ad dandum fideiussorem si timetur de eius recessu. glo. est. ff. de feriis. l. dies festos. per quod puto q si timeatur de occultatiõe rei possit tali die sequestrari res.

Ferire

Idem est quod percutere. tex. in. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad. l. acquil. et ibi fit mentio de hoc uerbo ferire quod est uulgare tuscorum. scdm Ang. in. l. extat. ff. q me. causa.

Ferula

Ceditur impubes pro ueritate dicenda. ff. ad sil. l. ii. §. impubes.

Ferri

Dicitur proprie id quod baiulat corpore. ff. de p(ro)bo. signi. l. ferri. ubi uide. et. ff. si quis ius di. non obtem. l. unica.

Ferrum

Necesse est ut ferro abscindant uulnera que fomentorũ non sentiunt medicamenta. xvi. q. i. in canonibus. lxxxii. di. plurimos.

¶ Exemplo ferri quod supra aquam natauit probatur possibilitas consecrationis corporis christi. de conse. di. ii. reuera. ultra medium.

¶ Ferrum de terra colligitur. l. di. ferrum.

¶ Purgatio ferri cãdentis dicit uulgaris. et est probibita. uide per. s. Tho. scda scde. q. xcv. ar. viii. dicam sub dictione purgatio.

Festinatio

Nimia festinatio reprobat. C. de secun. nup. l. i. et ibi nõ.

¶ Festinare quandoq permittitur si periculũ est in mora. ff. de iniust. rup. et irri. testa. l. si quis filios §. bi autem. C. de feriis. l. ii.

¶ Festinemus ingredi ad illaz requiem. ad hebre. iiii. xv. di. sancta Romana.

Festuca

Festucam de oculo fratris eicere non potest qui trabem in oculo suo gestat et non uidet. glo. et ibi concor. in. c. i. de accu. iii. q. iii. §. idem.

Festum Festiuitas

Maxime festiuis diebus clerici ab ecclesiis suis abesse nõ debent. vii. q. i. si quis.

¶ Festiuitates mundi et sacrificia deo sunt exosa xxiiii. q. i. odi et proieci.

¶ Festum consecrationis ecclesie et altariũ omni anno fieri debet. de conse. di. i. solemnitates.

¶ Qui festiuis diebus pretermissa ecclesia uadit ad spectacula debet excõmunicari. de conse. di. i. in die solemni.

¶ Festum est signum et representatio rerum preteritarum. lxxv. di. quod die dominico. nõ. de ui. et bonesta. cleri. cum decorem. in gl. et adde ꝙ festum fit in memoriam eius cuius nomine festat. uide in probemio ff. § ne autem. C. de epis. et cle. l. quoniam uenerabilis.

¶ Festiuis diebus animo imperãdum est et a uoluptatibus abstinendum cum ad illas omnis tui ba percurrat Seneca ad Lucillum in epistola. xviii. nõ. in cle. i. de cele. mis. uide c. placita. xiiii. q. iiii.

¶ Festa que per annum celebrari debent sunt in missa pronuncianda. de conse. di. iii. pronunciandũ

¶ Festiuis diebus intendendum est diuinis officiis non ludis et uanitatibus. de consecrat. di. iii. irreligiosa.

¶ Dies rogationum sunt festiui ab operibus seruilibus. de conse. di. iii. rogationes. dicam sub dictione letanie.

¶ Dies sabbati regulariter non est festiuus. de conse. di. iii. peruenit ad me.

¶ Festum inuẽtione sancte crucis debet ab omnibus celebrari. de conse. di. iii. crucis domini. dixi. sub dictione crux.

¶ An festum assumptionis beate uirginis sit solemnius ceteris festiuitatibus eiusdem uirginis. nõ. de senten. excom. alma mater. gl. in ℣. assumptionis. li. vi.

¶ Unde dicatur festum penthecostes. nõ. glos. in cle. si dñm. de reli. et uene. san. in ℣. pẽthecostes.

¶ Que sunt festa que debent celebrari ab uniuersa ecclesia. uide de feriis. c. fi. l. omnes. et. l. fi. C. eo. et. de conse. di. iii. c. i.

¶ An festum conceptionis uirginis marie. sit celebrandum. glo. dicit ꝙ non. de conse. di. iii. c. i. cõtrarium est uerum et ita Romana ecclesia seruat. et in capella pape fit tali die festum solemne. et ego eo die celebraui coram Sanctissimo dño nr̃o. et dominis Cardinalibus et aliis prelatis. et hanc ptem tenet do. Anto. in. c. fi. de feri. uide. s. Tho. in. iii. parte. q. xxvii. ar. ii. qui dicit ꝙ licz ecclesia Romana nõ celebret illud festum tollerat tamen consuetudinem aliquarum ecclesiarum celebrantium sed tu dic ut dixi. adde de conse. di. iii. c. ii. in glo. miraculo. et Archi. ea sem di. firmissime. et quod dicam. j. sub dictione peccatum.

¶ Festum quatuor doctorum ecclesie debet sub duplici officio celebrari. ut in. c. i. de reli. et uene. sanc. li. vi.

¶ De festo trinitatis obseruando olim stabatur consuetudini. de feriis. quoniam. hodie ex mãdato pape Iobannis. xii. fit istud festum per uniuersaz ecclesiam in octaue penthecostee.

¶ Quando incipiunt festa quo ad officium. dic ꝙ in uesperis uigilie. de feri. licet. et. c. quoniam.

¶ Que opera licite fiant diebus festiuis. dictum est. s. sub dictõne ferie. adde quod scribit. s. Tho. scda scde. q. lxxvii. ar. iiii. et. cxxii.

¶ De significatione buius dictionis festuz et qd importet. uide in. c. fi. d. sen. excom. li. vi. et ibi notabilia uerba.

Fetus Fetus pecudum est lac lana et pilus insti. de re. diui. § in pecudum.

Feudum Negans feudum perdit illud. Innoq. de iudi. ceterũ. facit au ten. d. trien. et semis. § illud quoq; in iudiciis. col. iii. et. ff. de interroga. acti. l. non alienum.

¶ Feuda sunt de gratia ideo faciliter reuocãtur. dicit Inno. in. c. ii. de feudis.

¶ Qualiter feudum cõstitui possit. uide qui. mo. feu. cõsti. pos. c. i. et de consue. rec. feu. in prin.

¶ An feudum constituatur in nominibus debitorum. uide doc. in. c. ii. de feudi cogni.

¶ An feudum possit constitui sine fidelitate uide doc. Modernos que fuit prima cau. bene. ami. § i. et de. c. Corar. in prin.

¶ An feudum possit constitui in pecunia. uide in. c. i. si de feu. uasa. fue. interpe.

¶ An feudum possit constitui in rebus indiuisibilibus. uide in. c. i. de fra. de nouo bene. inuesti.

¶ An consuetudine feudorum ligent omes. uide per do. Iaco. d. Alua. in lec. sua noua. in preambu. feudorum. in. v. q. Et an tales consuetudines uincant legem uel uincantur a lege. uide in. c. i. d feu. cogni. et de cap. Corar. in prin. dico. j.

¶ An circa infeudationem nouam rerum ecclesiasticaruz possit induci noua consuetudo. uide qui feu. da. pos. in prin. in glo. iiii.

¶ An in feudis ecclesiasticis babeant locum consuetudines feudales. uide qui feu. dare poi. in pn.

¶ An consuetudines feudales possint trabi in ar. ad aliam materiam. uide nõ. de feu. cogni. c. i. Et adde quod dixi. s. sub dictione argumentum.

¶ An contractus feudalis possit de uoluntate partium rescindi. uide docto. in. c. si facta. si de feu. fue. contro.

¶ Si super feudo sit lis inter filiaz defuncti que dicit bona esse propria et uasallum qui dicit esse feudalia. uide per doct. in. c. si contentio. de capi. qui. curi. uend. et in. c. i. si de feu. fue. conten.

¶ An frater uterinus succedat in feudũ. doct. ꝙ non similiter cognati. ita nõ. in. c. i. § hoc quoq;. qui feu. dare pos. Quid autem de filio emancipato uide ibi per doc. Et adde quod no. Bal. i. l. qui se patris. C. unde libe. in pe. col. ℣. modo uenio.

¶ Quod dicatur feudum guardie et gastaldie. et qualiter finiatur. uide. x. co. d feu. guar. et gastal. c. i. Adde quod nõ. Archi. in. c. generali. de elect. li. vi. in. c. preterea. d iure patro. ubi uide de uicedñatu. et in. c. ad aures. de excel. prela.

¶ An in feudis et eorum materia factum patris noceat filio. uide glo. et doc. in. c. i. § quo q. ci feu. succes. et ibi plene per do. Iaco. de Alua. in lectu. sua noua. ℣. utrum autem. Bal. in. l. qui se patris. C. unde libe. ℣. et collige argumentum. uide. in. § fi. que fuit prima cau. benefi. amit.

¶ An autem pater possit uni filiorũ stipulari feudum ita ꝙ alii non queratur dic ꝙ sic. nõ. in. l. pactum. C. de colla. Bal. in. l. i. ff. de rerum diui. q. xxxviii. et in dicta. l. qui se patris. ℣. item queritur si uasallus. et nõ in dicto. § hoc quoq;.

¶ An filio renuntiante omni illo quod baberi potest ex bereditate paterna extẽdatur talis renuntiatio ad feudũ uel emphiteosim. nõ. Bar. in. l. itez uidendum. § fi. ff. de peti. bere.

¶ De natura feudi et qualiter olim alius ordo successorius erat in feudo et quãdo et unde feuda babuerunt ortum et qualiter successio feudi non

possit fundari nisi in stipite · et qualis est forma successionis. Bar. in quodam suo consilio incipiente Sanctissima regina.

¶ An heres possit seruitium prestare per substitutum ut succedat in feudo. Bar. in. l. continuus. §. si ab eo. ff. de ꝟbo. obli. Bal. in. l. i. §. ne autē. C. de caduc. tol. Idem in. l. ad similitudinem. et in. l. quisquis. C. de epis. et cleri. et in. l. imperialem. §. insuper. de probi. feu. alie. per Fre. col. x.

¶ An feudatarius possit prosequi nuntiationē noui operis suo uel procuratorio nomine. Bar. in. l. i. in fi. ff. de noui ope. nunti.

¶ An in feudo habeat locū ius accrescendi uide Bar. in. l. si mihi et titio. ff. de ꝟbo. obli. uide Bal. x. col. de natura feudi. §. fi. et plene per do. Iaco. de Aluaro. in lec. sua noua. eadez col. qui. feu. da. pos. §. et quia. in ult. q.

¶ An in generali publicatione bonorum ueniat feudum. Bar. in. l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infec. doc. in. c. felicis. de pe. li. vi. Io. an. in. c. in quibusdaz. de pe. et doc. in. c. uergentis. de heretic. nō. de consti. quia in ecclesiarum.

¶ Quid comprehendatur appellatione heredis in materia feudali. Bar. in. l. liberti libertęq; . C. de ope. libe. et in preludiis ad feudum. ꝑ. dixi. iiii.

¶ An in defectum aliorum bonorum possint creditores ponere manum ad bona feudalia et emphiteotica. Bar. in. l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infec. et. l. pro herede. §. si quid tamen. ff. de acq. ui here. adde Bal. in preallegata. l. impialez. §. i. de probi. feu. al. e. per Frede. col. x.

¶ An propter cautionem non solutā quis cadit a feudo sicut dicitur in emphiteosi. glo. et doc. in. c. ad apsice. de re iudi. li. vi. nō. de reli. domi. cōstitutus. ubi doc. et ibi glo. fi.

¶ An in generali fideicommisso seu restitutione bonorum ueniat feuduz et emphiteosis. Bar. in. l. si patroni. in prin. ff. ad trebel.

¶ An si legetur feudū de quo testator nil potest disponere ualeat legatum. ut in x. col. de feu. suc. c. i. saltim ut debeatur extimatio. Bal. q̄ nō. x. col. qualiter olim poterat fieri alienatio. c. i. §. donare glo. in. l. dotalem. ff. sol. ma. facit nō. in. l. apud iul. §. ultimo. et. l. continuus. §. cum qui. ff. de ꝟb. ob. dixi. s. sub dictione extimatio. Adde ad materiaz an fedum possit legari pro anima uide. l. impialez. de probi. feu. alie. per Frede. x. col. et ibi Bal. uide qualiter olim feu. poterat alie. c. i. §. donare. et in. c. scdm canonum. xxiii. q. viii. Io. an. in. c. que in ecclesiarum. de consti. Host. in summa de immu. eccle. §. inqtum. ꝟsi. sed et ita immunitas. uide nōt. de proba. in penitentia.

¶ An feudum reuertatur ad dominuz si uasallus religionez ingreditur uel fiat clericus. uide. x. col. de uasal. milit. q. ii. ar. bel. depos. c. unico. et an mutus uel aliter imperfect. c. unico. et de feud. fe. §. ex hoc. facit quia ille qui nō prebet seruitiū non debet habere beneficium. de cleri. coiu. quod autem. et. c. diuersis de preben. sup inordinata. et in. c. extirpande. nō. de proba. in presentia. p doc. qui dicunt q̄ monasterium potest retinere feudū si poterit prestare seruitium dño taliter q̄ conditio domini non fiat deterior ar. c. potuit. de loca.

¶ An feudum possit prescribi nō. Io. an. in addi. Spec. in ti. de prescrip. super rubrica. glo. in. c. ad audientiam de prescrip. et dicam melius sub dictiōe uasallus.

¶ An feudo possit renuntiare uasallus inuito dño uide Bal. in prelu. feu. in. ꝑ. sed statim queritur. doc. de consti. c. que in ecclesiarum. Bal. x. col. de controue. inuesti. c. i. Spec. in ti. de feu. §. quoniaz ꝑ. cxxviii. et seq. uide. c. nuper. de do. post di. ref.

¶ An heres domini possit feudum reuocare propter felloniam commissam contra dominum quam ipse dñs uiuens non est prosequutus. nō. glo. C. de inoffi. testa. l. omnimodo. C. de re. do. l. fi. glos. de dona. c. fi.

¶ Mortuo domino quis cognoscit de feudo uide nō. in. c. uerum. de fo. compe. in glo.

¶ An prelatus tenens magnum feudum a principe teneatur ire ad caualcatas suas uel aliud seruitium impositum illi feudo prestare. doc. q̄ sic non personaliter sed mittendo alium. debet enim aut dimittere feudum. aut prestare seruitium. doc. de immu. eccle. non minus.

¶ Feudum uocatur beneficium secularium nōt. de proba. in presentia. adde quid sit feuduz quod nō. Io. an. de feu. c. i. Bal. in prelu. ad feu.

¶ Feudum non potest uendi sine licentia dñi. de iurepatro. cum seculum in. x. col. de probi. feu. ali. per Fre. l. impialem. in prin. et ibi nō.

¶ An annus qui currit non petenti inuestituram feudi currat pupillo uel adulto. Spec. in ti. de rest. in integ. §. qui satis. ꝟsi. quid de pscriptiōe feudi.

¶ An mutus et surdus succedant in feudo. nō. x. col. epi. uel ab. c. i. §. mutus. ubi dr̄ q̄ non. et ti. an mutus uel aliter imperfac. feu. retine. x. col. c. i. de hoc. in. c. cum apud. de spon. ubi p do. Car. in pe. q.

¶ An naturales legitimati beneficio pncipis uel per subsequens matrimonium succedant in feudo nō. x. col. li. de feu. sue. controuer. §. adoptiuus. et §. naturalis. ubi Bal. doc. qui fi. sint legi. lator. et. c. tanta. Oldra. in consilio. cclxviii. Bal. in. l. eam quam. C. de fideicom. Bar. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. Albert. in rubrica. C. de natu. li. be. uide nō. in. c. per uenerabilem qui fi. sint legi.

¶ An et quando feudum possit uel non possit alienari. nō. x. col. de probi. feu. alie. per Fre. in. l. impialem. ubi doc. formant questionem quid de diuisione feudi et de datione in solutum et in dotē. uide. c. nuper. de do. post diuor. resti. uide nō. in. c. fi. ne prela. uices suas. et Bal. in. d. l. impialem.

¶ An qui iurat non infeudare inconsulto superiore possit concedere uetus feudum si ad eum per ueniat. nō. in. c. ii. de iau. xxxiii. q. i. non satis. ubi glo. adde glo. xii. di. c. i. glo. xxiii. q. i. achatius.

¶ Quod dicatur feudum nouum. nō. de iau. ex parte. glo. xxiii. q. i. achatius. glo. xxv. q. ii. quecunq; . super. ꝑ. nouum. adde quod dicaz sub dictione nouum.

¶ Que autem sit differentia inter feudū paternum et antiquuz. uide in. c. i. §. hoc quoq; . de suc. feu. et quod nō. Bal. in. l. i. ff. de re. diui. Quid aūt si uasallus commisit felloniam propter quaz uenit priuandus feudo et feuduz deuoluendum ad dñm tamen dñs illam felloniaz remisit. an hoc casu feudum quod remanet penes uasallum dicatur nouū uel antiquum. glo. in. l. quod dicitur. ff. de impri. tenet quod dicatur antiquū. uide nō. in. l. peculiū. §. si heres. ff. deposi. et per do. Iaco. de Alua. i lec.

sua noua.in.c.i.de uasal.decrepi.eta.

¶ An feudum computetur inter bona castrensia
uel quasi et an censeatur peculium aduenticiũ uel
profecticium.et si aduenticium an pater habeat
in eo usumfructum sicut in ceteris bonis filii ad
uentitiis.plene nõ.glo.et doc. in.c.i. §.si duo. de
fra.de nouo benefi.inuesti.uide Bal.in.l. cũ opor
teat.§.i.C.de boni.que libe.

¶ An feudatarius unius si fiat feudatarius alte-
rius remaneat nihilominꝰ feudatarius primi.uide
Io.an.in.c.cum ap̃lica.de his que fi.a prela. adde
quod dicam.ĩ.sub dictione uasallus.

¶ An si in instrumento contineatur ꝙ prelatus
concedit in feudum talem rem consuetã infeuda
ri stetur illis uerbis absq̃ alia probatione. Bal.in
prima consti.feu.in tertia diuisione.nõ.in.c. fina
li.de feud.

¶ Si feudum reincidat in prelatum an in refeu-
dando possit mutare naturam feudi antiqui. do.
Car.tenet ꝙ non in.c.ii.de feu.Bal.x.col. quem-
admodum feu.ad fili.perti.

¶ Si res ecclesie est occupata per alium an prela
tus possit de illa eum in feudare qui offert se illã
rem recuperaturum licet nõ sit consueta infeudari.
do.Car.nõ.in.c.fi.de feu.

¶ An feudum concessum aduocato pro aduocati
one transeat in filios.glo.et Bar.in.l. continuus.
§.si ab eo ff.de ꝟbo.obli.

¶ Feudatarius nõ potest incidere arbores fructi
feras de fundo feudali.Bar.in.l.in fraudem. §.fi.
ff.de iure.fis.adde quod dixi. ŝ. sub dictione em-
phitheosis.

¶ Feudum simpliciter concessum an intelligatur
pro se et filiis suis.Bal.x.col.qui.mo.feu.consti.
pote.et de duo.fratri.c.i.

¶ An finito feudo dato cum animalibus debeat
restitui extimatio animalium mortuorum.Bal.in
x.col.de feu.cogni.c.ii.

¶ An feudatarius possit alteri infeudare.gl.et ibi
Bal.in.x.col.de capi.Corar.c.i.§.preterea.dicam
ĩ.sub dictione uasallus.

¶ An feudum sit obligatum pro debito uasalli et
quid de fructibus.Bal.in.x.col.an agna.uel fi.c.i.

¶ An feudatarius contrahens amicitiam cum in
imicis domini perdat feudum.glo.in.l.liberi. C.de
inoffi.testa.glo.in.l.i.§.cum patronus.ff. de offi.
prefec.ur.adde quod dicam.ĩ.sub dictiõe uasallus

¶ An constitutiones feudorum faciant ius. uide
Io an.in.c.lator.qui fi.sint legi.Bal.in prima con
stitu.feu.Io.an.in.c.fi.de feu.

¶ Signum ad cognoscendum contractum feuda-
lem est inuestitura.uide tex.de feu.c.ii.de dona.
per tuas.Inno.de iureiuran.ueritatis.in glo.

¶ An et et quando prelatus siue clericus uel alia
persona ecclesiastica possit feudum dare uel conce
dere.tractatur.x.col.qui feu.dare pos. c.i. et ibi
uide plene in noua lec.do.Iaco.de Alua.et an cũ
bona conscientia possit dare feudum suis consang
uineis.uide eundem in.c.i.in prin.si de feu.inter
do.et uasal.lis oria.

¶ An feudum quod tenetur iuste per aliũ possit
per dñm alteri dari sub conditione si uel quando
ad dñm fuerit reuersum.dic ꝙ sic in dicto.c.i. et
in.c.i.de cleri.qui inuest.fa.et in.c.i.qui succe.te
ne.et in.c.si.qui.mo.feu.consti.po.

¶ An feudum consuetum dari masculis possit al
terari et dari feminis.uide docto.in dicto.c.i.qui
feu.dare po.et ibi plenius per pcefatum do.Iaco.
in lec.noua.

¶ An in causa feudali prossit ꝑpter absentiam par
tis procedi ante liti.contesta.uide per eundem in.
c.i.si de inuesti.inter do.et uasal.lis oria. x.col.

¶ An feudum possit acquiri per pecuniam. uide
doc.in.c.i.de benefi.fra.

¶ An acquisitio feudi facta per unum ex fratri-
bus sit cõmunis alteri fratri.uide p modernos in.
c.ii.de fratri.de nouo benefi.inuesti.ubi etiã uide
an feudum acquisitum de pecunia cõi sit cõmune

¶ An feudum possit acquiri sine inuestitura.ui-
de nõ.in.c.ii.de feu.cogni.

¶ Quot modis acquiratur feudum.uide de con
sue.rec.feu.in prin.et de feu.cogni.c.ii.

¶ Quare in feudo non succedant ascendentes p
rectam lineam.uide doc.qui feu.da.pos.§. penul.
et in.c.i.de na.suc.feu.ubi per do.Iaco.de Alua.
in lec.sua noua.qui etiam tangit ibi an pacto pos
sit fieri ut ascendentes succedant.

¶ An augmentum feudi inducat augmentationẽ
seruitii.uide doc.de contro.inues.§.si qs de mãso.

¶ An augmentum feudi sit prescriptibile. et an
ex eo debeatur extimatio.uide doc.moder.in. §.
econtrario.de inuesti.de re.alie.fac.

¶ An iurans fidelitatem dicatur feudatarius.Io.
an.de symo.ex diligenti.

¶ Feudatarius habet utile dominium.Bal.x. col.
de lege Corar.c.i.in prin.glo.facit in simili quod
nõ.glo.in.c.constitutus.de reli.domi. Idem Bal.
de capi.Corar.c.i.dicam.ĩ.sub dictione uasallus.

¶ Quid importent illa uerba concedo tibi talẽ
rem in feudum nobile francum et liberum.Io.an.
in addi.Spec.in ti.de prescrip.super r̃ica in fine.
Bal.in.x.col.de capi.qui curiam uendi.c. i.

¶ An concedens feudum illi quem putabat aptũ
ad seruitium cum non esset posset illi feudum au
ferre.Io.an.in addi.Spec.ti.de preben. sup rũica.

¶ An feudatarius possit astrigi ut ꝓ feudo soluat
annuã pensionẽ.uide tex.in.c.ii.de re iudi.li.vi.

¶ Si feudatarius onerat subditos iniuste põt ꝓua
ri feudo.tex.in prealle.c.ii.de re iudi.li.vi.

¶ An feudatarius ecclesie teneatur iuuare prela
tum non solum in factis ecclesie sed etiam in pro
priis suis.Io.an.in.c.ego enim.de iureiuran.

¶ Potest concedi feudum ut detur certa quanti
tas pecunie tempore concessionis et postea non te
neatur uasallus ad alia seruitia.tex.de re.eccle.nõ
alie.ad nostram.

¶ Quod dicatur feudum paternum uide Bal.x.
colla.de succes.feu.c.i.

¶ An feudatarius tociens soluat honorariũ quo
tiens recognoscit feudum a prelato mutato. uide
Lau.in cle.i.de iureiuran.in.ꝟ.successor.

¶ Dominus terre non fundat intentionem suam
de iure cõmuni super iure feudali in omnibꝰ terris
existẽtibus sub sua potestate.uide Io.an.et Osti.
de iureiuran.ueniens.de iudi.c.fi.

¶ An feudatarius possit dñm suum accusare uel
contra eum testificari.glo.xxii.q.v.de forma.

¶ An femina succedat in feudo uide tex.de rapti.
significauit.et ibi aliquid per doc.Io.an.de feu.c.
ii.in prin.Spec.ti.de feudi.ꝟ.xxv.tex.et ibi Bal.

x·col·qui feu·dare pos·c·i.

¶ Dominus feudi licet sit laicus cognoscit inter clericos·quod est uerum ciuiliter secus si criminaliter·sm Inno et doc·de fo·compe· ucrum.

¶ In caosa feudali ad quem appellanduz sit et qs sit iudex competens·nō·de iudi·ceterum·Inno·et Io·an·eo·ti·nouit·adde nō·d appel·Romana· §·debet·li·vi·Spec·ti·de appel·§· nunc tractemus·ad fi·nō·de maio·et obe·solute·in glo·recipiunt·adde quod dixi·s·sub dictione appellatio·

¶ Ratōne feudi dominus potest precipere uasallo sub debito fidelitatis sicut prelatus subdito sub debito obedientie·d foro compe·c·ex transmissa·

¶ Uasallus si pignorauit dño rem feudalem dñs facit fructus suos et non computet illos in sortez de feu·c·i·et quod ibi nō·

¶ An filius inutilis uel inhabilis ad seruiendum succedat in feudum·nō·in·c·i·epis·uł abba·col·x· et de probi·feu·alie·per Frede·l·impialem·

¶ Contemnens excōmunicationem potest puari feudo·xxxii·q·v·preceptum·et ibi glo·

¶ Qui feudum recipit ab ecclesia tenetur iurare fidelitatem non solum ecclesie sed etiam prelato·lxiii·di·tibi domino·

¶ An uasallo alienāte feudum deuoluatur feudū ad proximum eius consanguineum uł ad dominū uide de feu·c·ii·et quod ibi nō·

¶ An feudatarius dans consilium contra dominū possit peiuari feudo·uide de exces·prela·c· grauē dicam·ꝫ·sub dictione uasallus·

¶ Feodatarius possidet naturaliter·uide glos· et Bar·in·l·iii·§·econtrario·ff·de acq·pos·adde Bal·in·l·neq·C·de usufruc·

¶ An illicita alienatio feudi non excludat frēm a successione qui ex pacto succeder debebat·uide per doc·moder·x·col·qui·mo·feu·amit·§·si fuerit

¶ Ad quos reuertatur feudum facta alienatione per uasal·uide de suc·feu·§·h' quoq· et in·c·ii·d feu·si cul·non amit·et que fuit prima cau·benefi·amit·§·pe·et·§·si·et si de feu·fuerit contro·

¶ Si uasallus alienat feudum cum uoluntate dñi· an sequens agnatus possit incontinenti reuocare·uel habeat necesse expectare mortem alienantis· et quis preferatur an filius uel agnatus· uide de succes·feu·§·hos quoq·et que fuit prima cau·benefi·amit·§·si·

¶ An alienatio feudi possit fieri in potentiorem nō·de lege Corar·§·ex eadem·

¶ An et quando propter alienationem priuetur uasallus feudo siue sit feudum ecclesiasticum uel seculare·dic ut habetur·x·col·que fuit prima cau·benefi·amit·§·si·

¶ An per alienationem partis feudi priuet quis toto·uide in·c·i·d uasal·qui contra consti·loth· et que fuit prima cau·benefi·amit·§·pe·

¶ An feudum possit alienari in quoscunq agnatos etiam remotiores·uide de alie·feu·§·et si clientulus·de alie·feu·pater·c·i·

¶ An heres possit alienare feudum in quo heredem·uide per Moder·per quos fiat inuesti·§·sed et res·

¶ An feudum amittatur per alienatōnem et qualiter·uide de feu·si cul·nō amit·c·ii·de lege Cora·§·pterea·et de probi·feu·alie·p Frede·in prin·

¶ An dominus possit alienare proprietatem seu ius quod habet in feudo et si alienat an pdat proprietatez·uide in·c·ii·quo tem·mi·et de·l·Corar·§·ex ea·et in·c·i·qualiter do·proprie priue·

¶ An heres alienatoris feudi possit illud reuocare·uide de alie·feu·pat·§·i·

¶ An feudum nouum possit alienari in preiudiciū filiorum de consensu dñi·uide de alie·feu·pat·c·i·

¶ An si ignorans rem feudalem esse alienauit priuetur illa et an possit reuocare·uide in·c·i· de contro·inter do·et epis·et que fuit prima cau·benefi·amit·§·fi·et in·c·si uasallus·si de feu·fu·contro·

¶ An per statutum possit induci certa forma alienandi feudum·uide·x·col·qualiter feu· olim po·alie·in prin et quid si illa forma nō seruetur·uide in·c·i·quid si post alie·feu·pat·

¶ An peohibitio alienationis feudi habeat locuz etiam in feudo ecclesiastico·uide d peohi· feu·ali·per Frede·in prin·et que fuit pri·cau·bene· amit·in fi et qui feu·da·pos·in prin·

¶ An et quando alienatio feudi possit fieri de uoluntate domini·uide in·l·ii·de probi·feu·alie· per Loth·et de alie·feu·pat·§·et si clientulus·

¶ An feudum concessum patri et filiis transeat ad filios naturales·doc·de proba·in psentia·Spec·in ti·de loca·§·nunc aliqua·ꝟ·xxvii·

¶ An si filius domini est ipubes debeat feudatarius iurare fidelitatem in manibus suis uł tutoris uide Io·an·de elec·cum inter uniuersas·

¶ An feudum concessum alicui ꝓ se et heredibus suis transeat ad heredem extraneum·glo·ꝙ nō in·l·ex facto·§·ultimo·ff·ad trebel·ubi Bar· doct·in c·in presentia·de probat·

¶ An ex eo ꝙ quis habeat castrum uel bona temporalia in territorio alicuius domini presumatur eius feudatarius·uide Osti·de iureiuran·nimis·

¶ An feudatarius possit transferre in alium utile dominium sine licentia dñi·Inno· ꝙ nō de fide instrumen·inter dilectos·nō·de his que fi· a prela·cum ap̄lica·in glo·penult·

¶ An feudum possit alienari inter agnatos sine licentia dñi·Bal·in·c·i·de alie·feu·col·x·

¶ An aliquo casu licita sit alienatio feudi uide·x·col·qualiter feu·olim po·alie·in prin·et q̄liter ali·feu·fuerit licita et probi·scdm diuersa iura et diuersitatem curiarum·uide de alie·feu·in pn· et in c·ii·apud quem uel quos et quibus mo·feu·amit·§·si iuellario·

¶ An si pater habet feudum quia est iurisperitus filius qui non est talis seruiendo per substitutuz peritum possit retinere feudum·uide glo·in l·qsquis·C·de epis·et cleri·Spec·in ti·de aduoca· §·i· ꝟ·sed pone abbas·dixi·s·sub dictōe aduocatus·

¶ An feudatarius iurans ei cui non debuit cadat a feudo·uide Osti·de iureiuran·c·eam te·

¶ An prelatus possit cōsanguineo infeudare consuetum infeudari·Bal·x·colla·qui feu·dare pos·c·i·in principio·

¶ Possessiones ecclesie consuetas infeudari possunt infeudari sine solemnitate·uide Arebidi· xx xv·q·viii·de gradibus·doc·de consti·que in ecclesiarum·Ioban·an·de re·eccle·non alie·ut super· et c·significauit·

¶ An feudatarius amittat ipso iure feudum per alienationem·Io·an·de feu·c·ii·Bal·in·l· impialez §·i·de probi·feu·alie·per Frede·col·x·

¶ An feudum temporale possit transferri in ecclesiam. uide Osti. de re. eccle. non alie. c. fi.

¶ An feudum quod redit ad manus prelati et aliquo tempore est per eum possessum iterato possit dari in feudum sine uiolatione iuramenti de non infeudando de nouo. uide Inno. in c. ut sup. de re. eccle. non alie. dixi aliquid. s.

¶ An feudum possit concedi tantum ad uitā feudatarii. uide tex. de dona. inter ui. et uxo. c. nup.

¶ An si episcopus acquirat feudum pro quo debetur capitulo suo homagium debeat ipse hoc illis impendere. uide Io. an. in c. penult. de censi.

¶ An propter felloniam patris possint filii priuari feudo. glo. in c. fi. de dona. nō. insti. de dona. §. sciendum. in glo. in ℣. ex causis. Bar. in l. eum qui ff. de de interdi. et rele. adde nō. ff. de in ius uo. l. adoptiuum. §. fi. in glo. ℭ. de reuo. do. l. fi. in glos. nō. in l. ii. ℭ. de lib. et eo. libe. in glo. in ℣. nati. et ibi Cy. facit glo. in l. ult. ℭ. de decur. li. x. in ℣. ediderit. Bar. ff. de interdic. et relega. l. iii. nō. x. col. si de feu. fue. contro. c. si uasallus culpam. nōt. de probi. feu. alie. per Fre. §. insuper. in glo. priuetur Spec. in ti. de feu. §. fi. ℣. i. et ibi Io. an.

¶ An diuisio reddituum feudi facta per heredes feudatarii preiudicet domino. uide Lau. in extrauagan. sedes. Io. xxii.

¶ An si prestetur domino seruitium feudale dominus prescribat illud feudum alias non suū. Bar. in l. quemadmodum. ℭ. de agri. et censi. li. xi. Bal. in. x. col. de feu. dato in uice legis cōmissorie. c. fi.

¶ Quot modis acquiratur feudū uide in summa pisana sub dictione feudū. §. qualiter acquiratur feudum. uide etiam ibi per quem possit acquiri.

¶ An filius repudians hereditatem patris sui possit feudum retinere. dixi aliquid. s. adde. x. col. an agnatus uel filius de func. c. si contigerit. et adde quod ponit Ange. in consilio suo. clxxxviii. quod incipit ex forma. ubi etiam uide quid si filius est institutus in re certa.

¶ An feudum sit castrense peculium uel quasi. gl. et Bal. x. col. de duo. frati. de nouo bene. inuesti.

¶ An ualeat consuetudo q in feudo succedat heres extraneus. dic q non de consti. que in ecclesiarum. et ibi docto.

¶ Feudum dicitur a fidelitate. de iureiuran. uerit. tatis. et c. eam te. Io. an. de feu. c. i.

¶ Non licet dño infeudare de nouo preterq in quatuor casibus. quorum tres uide in c. ex parte. de feu. alter ponitur in c. per tuas. de dona.

¶ An feudum possit dari in dotem. nō. de consti. que in ecclesiarum Bal. in l. imperialem. §. i. de prohi. feu. alie. per Fre. in. x. col. adde Io. an. in addi. Spec. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ℣. cix. nō. in dcā l. impialem. §. bannito. de prohi. feu. alie. per Fre. in glo. in ℣. alienare. circa finem. plene per do. Ia. de Alua. in lec. sua noua su. c. i. §. donare. qualiter olim feu. pote. alie.

¶ Si feudatarius est minor qui non potest prestare auctoritatem uel consensuz tutor ipsius hoc facit dixi aliquid. s. uide Io. an. in c. cum inter uniuersas. in fi. de elec.

¶ An qui nō potest alienare possit infeudare. nō. de feu. c. i. scdm Inno.

¶ In quo differt feudum ab emphiteosi. uide nō. in l. fi. ℭ. de iure emphi. Spec. ti. de loca. §. vi. ℣. sed nunquid locum.

¶ Si feudo quod fuit datum ecclesie propter delictum prelati priuatur ecclesia quousq uiuit prelatus. eo uero mortuo reuertitur ad ecclesiam nō. doc. in c. uerum. de so. compe. in cle. i. de pe.

¶ Feuda concedere possunt clerici seculares et regulares. de pac. pleriq. nō. de feu. c. ii.

¶ An heredes possint priuari feudo propter felloniam si dominus uiuens nihil dixerit. nō. ℭ. de inof. testa. l. omnino. in gl. nō licebit. Cy. ℭ. de reuo. do. l. i. in fi. nō. qui. mo. feu. amit. §. i. in glo. concubuit. x. col. et que fuit prima cau. benef. amit. §. i. in glo. assalierit. dixi aliquid. s.

¶ Feudum non transit ad sequentem si primus commisit felloniam. sed ad posteriorem. nō. x. col. si de feu. fue. contro. c. si uasallus. in glo. uocabit. et ibi Bald.

¶ An feudū possit peti petitione hereditatis. nō. ff. de peti. here. l. item uidendum. in. §. ii. in glos. uide Bar. ff. ad trebel. l. si patroni.

¶ An filius amittat feudum si cōmisit felloniam uiuente patre. nō. Cy. ℭ. de lib. et eorum lib. l. fi.

¶ De quibus rebus clerici facere possunt feudū nō. x. col. qui feu. dare pos. c. i. in glo. qui feudum.

¶ Est feudum quod finitur ad uoluntatem dñi. in. x. col. qui feu. dare pos. §. et q. in glo. intrare.

¶ Quoddam feudum morte feudatarii finitur. nō. qui feu. da. pos. §. postea. in glo. ad uitam. et de natu. suc. feu. in glo. ii.

¶ An in feudo succedat frater fratri uel reuertatur ad dñm. nō. x. col. impr. Lotha. in glo. i. et q feu. dare pos. §. cū uero Corradus. in gl. ut frater.

¶ Si sunt duo filii uasalli et unus utilis et alter inutilis qualiter succedāt in feudo. Io. an. in addi. Spec. ti. de feu. §. quoniam. ℣. xxv.

¶ Hodie feudum non amittitur sine certa et conuicta culpa. qui feu. da. pos. §. fi. in glo. fi.

¶ Si fiat inuestitura de feudo quod ab alio detinetur pure uel sub conditione an teneatur successor mortuo dño uel econtra facere inuestituram. uide. x. col. qui feu. da. pos. et ibi etiam Bal. adde x. colla. quid iuris. si quis inuestitus fue. de alien. feud. c. i.

¶ An is qui debebat succedere post aliquē in feudum si consentiat alienationi eiusdem amittat ius suum. nō. x. colla. qui. mo. feud. amit. §. i. in glos. regressum.

¶ An dominus possit redimere feuda que a creditoribus uasallorum uenduntur. nō. x. col. quali. olim feu. po. alie. in glo. in ℣. pro equali precio.

¶ An dominus amittit feudum eisdē casibus quibus uasallus. nō. x. col. de no. for. fide. et que fuit prima cau. bene. amit. in glo. iustitiam.

¶ Si feudum sit euictum an dominus teneatur. uide. x. col. si de feu. uasal. interpel. fue. c. i. in glo. uasallo.

¶ An dominus possit alienare proprietatem feudi sine consensu uasalli. nō. x. col. d̄ prohi. feu. ali. per Frede. in prin. in glo. pignorare. et. §. aliud. in glo. ad alium. Io. an. in addi. Spec. in ti. de feu. §. quoniam. ℣. xxx.

¶ Si de feudo est controuersia inter dominuz et uasallum uel inter uasallos uel etiam cū alio quis cognoscat. nō. x. col. de probi. feu. alie. per Frede. §. i. in autent. de questo. §. si uero forsan. de iudi.

ceterum·de foro compe·uerũ·et utrobiq; ꝑ Inno· et doc·moder·plurimas·q·circa feuduz·uide Spe· ti·de feu·§·qm·et ibi Io·an·in addi· super ꝛ͂ica·

¶ Si uasallus committit felloniam propter quam uenit priuandus feudo an si remittatur dicat̃ hec noua infeudatio·uide glo·de pecu·l·peculium·§·si ere alieno·et in·l·quod dicitur·la prima·in·ꝓ· creuisse·ff·de impen·in re·do· fac·

¶ An et cui ueniat applicandum precium feudi in debite alienati dic ut in·c·i·de pre·feud· alie·per Loth·et de probi·feu·ali·per Frede·in prin·

¶ Si quis habet licentiam alienandi feudum uni an possit alienare alteri·uide de probi·feud· alie· per Frede·in prin·

¶ An feudum possit alienari propter necessitatẽ· uide in·§·hoc quoq·de suc·feu·et qualiter olim feu·po·alie·in prin·et que fuit prima cau·benefi· amit·§·finali·

¶ An cõmoditae feudi possit alienari· uide in·§· auc si huellario·qui·mo·feu·amit·et de·l· Corar· §·ex eadem·et de probi·feu·alie·ꝑ Frede·in prin·

¶ Ex quibus causis amittatur feuduz et ad quos reuertatur·uide·x·col·que fuit prima cau· benef· amit·§·finali·

¶ An amissio habeat locum in feudo non habente propriam naturam feudi·uide doc·in·c· Feudum· si de feu·fuerit contro·

¶ An amittatur feudum sine culpa·uide in·c·i·d̃ feu·si cul·non amit·

¶ Feudum quãdoq; aperitur dño quandoq; agnatis scđm diuersas naturas delicti seu ingratitudinis uel culpe uasalli uel alterius cause·uide plene per do·Iaco de Alua·in lec·sua noua·x·colla· que fuit prima cau·benefi·amit·§·fi·

¶ An pro augmento feudi sit necessaria noua inuestitura·uide prefatum do·Iaco·de contro·inue· §·si qui se de manso·in ult·q·

¶ An augmentum feudi censeatur esse ps ipsius feudi·de inuesti·de rec·ali·fae·§·econtrario· adde quod dico·ȷ·sub dictione iunctam·

¶ Que sunt bona que possunt dari in feudum· ui de qui feu·dare pot·in prin·et de feu·cogni·c· ii·

¶ An bona in dubio presumantur feudalia·uide per doc·in·c·si uasal·si de feu·fue·contro·

¶ Quid sit feudum camere uel caneue et in quibus consistat·nõ·per doc·in·c·ii·de feu· cogni· et quid sit inuesti·c·ii·

¶ An habens feudum de caneua possit compellere dñm ad designandum sibi possessiones ex qbus possit recipere dictum debitum·uide per moder· de probi·feu·alie·per Fre·§·illud· et de feu· cog· c·ii·ubi uide quid differat feuduz caneue a feudo soldate·Item uide ibi an in tali feudo cadant regalie feudales·

¶ An feudatarius teneatur iurare ꝙ dependet dominum contra proprios consanguineos uidetur ꝙ sic nõ·x·col·hic si·lex cor·l·i·nõ·in·l·frater a fratre·ff·de condi·indebi·

¶ Feudum non perdit nepos ubi ius feudi causat̃ ab auo·licet pater commiserit delictum quo perditur feudum·glo·in·l·emancipatum· ff· de sena· adde Bar·in·l·iii·ff·de interdic·et relega·et·ff de iurepatro·l·diui·Bal·in dicta·l· emancipatum· §· i·ff de senato·

¶ Singulis heredibus dñi prestandũ est ꝑ feudo fidelitatis iuramentum·glo·ff·de usufru·l· si cuiꝰ·

¶ Alienans feudum licet postea redimat non euitat penam·l·i·§·si rem·ff·depositi· uide ibi Bart· x·col·de eo qui feu·alie·§·i· de quo uide plenius per Bal·in·l·ii·C·de libe·et eorum liber·

¶ An propter delictum patris filius amittat feudum·uide·ff·de in ius uocandi·l·adoptiuum· §·i· in glo·Bar·plene in·l·i·ff·de interdic·et relega·et l·ut iurisiurandi·§·si liberi·ff· de adope·lib·adde· x·col·d̃ suc·feu·c·i·si d̃ feu·fu·cõtro·c·si uasallus·

¶ Feudum non diuiditur inter heredes feudatarii·ff·fami·herciscũ·l·quedam mulier· uide Bal·in l·si familie·C·fami·hercis·uide nõ·in·l·si familie· ff·eo·uide·ff·cõi diui·l·cõmuni diuidundo·

¶ An autem feudum possit diuidi inter uasallos uide Bal·et doc·moder·x·col·si de feu·contro·fu· §·si fuerit·

¶ Jus dicendi de ingratitudine contra feudatarium non transit ad heredem si nõ est querelatus dñe·C·de inoffi·testa·l·omnino·

¶ Quod dicitur feudum indiuiduum et qualiter in eo succedatur·uide Ioban·an·in addi·Spec· super Rubrica·de feu·

¶ Quid sit feudum francum·uide Bal·in·l· i·§· illud·etiam·C·de lati·libe·tol·

¶ An in feudo habeat locum successorium edictum·Bal·dicit ꝙ sic·in·l·si in ꝑsona· C·de fideicõ·

¶ An in feudo filii acqratur usufructus patri· uide Bar·in·l·cum oporteat·circa fi·C·de bo· que lib·adde ꝙ Bal·uidetur tenere contrarium· in l·si uxorem·C·de condi·inser·

¶ Licet filii fuerint inequaliter substituti tamen equaliter succedant in feudo·Bal·in·l· liberi ii· C· de ope·libe·

¶ Alienans partem feudi solum in parte punitur Io·an·in addi·Spec·ti·de feu·super ꝛ͂ica·

¶ Concessio feudi facta alicui et eius filiis masculis et feminis intelligitur ordine successiuo· uide Bar·in·l·ut iurisiurandi·§·si liberi·ff·de ope·libe· Bal·in·l·quotiens·C·de su·et leg·in·ii·colum· ubi multa de hac materia dicit·

¶ Licet totum regnum apulie uniuersaliter sumptum sit feudum ecclesie Romane tamen particularia feuda ipsius regni sunt sub recto dominio ipsius regis·ar·l·i·C·unde legi·ubi hoc nõ· Bal·

¶ Omnia feuda regulariter sunt diuidua inter heredes qui sunt de sanguine et omnes tenentur ad fidelitatem·fallit in feudo franco scđm Bal· in·l· si plures·C·de condi·inser·in·ii·colum·ubi uide ꝑ eum quod sit feudum francum·

¶ An qui concessit feudum teneatur ad fructus uide Bal·in dicta·l·si plures·

¶ Quedam sunt feuda in quibus non iuratur fidelitas et in successione feudi ecclesia non habet̃ loco filii·scđm Bart·in autent·nisi rogati· in fine C·ad trebel·

¶ Qualiter succedant in feudo filii duorum fratrum·uide Bal·in·l·ii·C·de su·et legi·et in auten· cessante·C·de legi·here·

¶ Sicut in feudo non succedit femina ita nec filius natus ex ea nisi aliud actum sit·scđm Bal· in l·fi·circa prin·C·de su·et legi·

¶ An emancipatio dissoluat iura feudi uide in autent·in successione·C·de su·et legi·

¶ An hermofroditus succedat in feudo·Bal·ꝙ sic

si magis incalescit in sexum uirilem. ita dicit in. l. fi. C. de su. et legi.

¶ Filii duorum fratrum succedant in feudo in stirpes non in capite quia ubicunq; aliud expresse nõ cauetur successores feudorum regulantur sm ius cõmune. ut in. c. i. de gra. suc. in feu. ubi Bal. et in. l. nepotes. C. de legi. here. et in. c. i. §. et quia. qui feu. dare pos. x. col.

¶ Concessio feudi simpliciter facta intelligitur scdm naturam feudi. Bar. in. l. gayus. ff. solu. mat. Bal. in. l. liberti. C. de ope lib. ubi dicit ꝙ postquã est aperta uia domino ad feuda nunquid redit ad feudatarium.

¶ Si pater neglexit ad. x. menses petere inuestituram et sic decedat filius habebit integruz annũ et nõ solum duos menses qui superant patri. uide Io. an. in addi. Spec. in ti. de feu. §. qm. ꝟ. xvii.

¶ An de re feudali possit fieri cõpromissum. uide. Bal. x. col. de lege Corar. c. i. et de prohi. feu. alie. per Frede. c. i. Spe. ti. de arbi. §. restat. ꝟ. sed nunquid uasallus.

Fiat

Hoc uerbum respicit futurum tempus ff. ne quid in loco publi. l. ii. nõ. glo. de elec. quisquis. in glo. ineligibilis fiat. nõ. xxv. q. i. generali.

¶ Hoc uerbum fiat aptum est notare presens et futurum. uide in. l. i. in prin. cum glo. ff. de lumi. et. ff. ne uis fi. ei. l. i. §. deinde ait ptor. uide Luc. ii. fiat mihi scdm uerbũ tuum. et gene. i. fiat lux et facta est lux. de hoc in preallegato. c. quisquis. in glo. super. ꝟ. ineligibilis fiat.

Fictio Fingere

